

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Nobilitas q
cum fonte primo

Habet hoc optimum generosus
animus quod concitatur ad honesta.
Neminem excelsi ingenii uirum humilia
delectant et sordida.

Felix qui ad meliora impetum animi dedit,
ponet se extra conditionem fortune,
prospera temptabit,
aduersa comminuet, et aliis admiranda
despiciet.

Seneca XXXVII. epistola.

Concupisces et ipse ex illis unus esse;
habet enim hoc optimum in se generosus
animus, quod concitatur ad honesta.
Neminem excelsi ingenii uirum humilia
delectant et sordida:

magnarum rerum species ad se vocat et
extollit. Quemadmodum flamma surgit in
rectum, iacere ac deprimi non potest, non
magis quam quiescere, ita noster animus in
motu est, eo mobilior et actuosior, quo
vehementior fuerit. Sed
felix qui ad meliora hunc impetum dedit:
ponet se extra ius dicionemque fortunae;
secunda temperabit,
aduersa comminuet et aliis admiranda
despiciet.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium*
epistulae morales, 39, 2-3 (L. Reynolds ed.,
vol.1, p.103, ll.10-19).